

2669

HOMILETICI

2670

Constant. firmo pede consistat. Sex ultimi opusculum illud de Sex Erroribus constituunt, quod edit. cit. p. 237. Pragae parietibus Bethlemiticis inscriptum fuisse dicitur a. 1413.

III. fol. 178. p. 2. *Hec sunt collecta per venerabilem Jobannem de buffynecz magistrum arcium et Bacal. S. Theoloye formatum.* Excerpta varia e *Bernbardo, Gregorio, Hieronymo, Ambrosio, Job. Chrysofomo, Isidoro, Beda, Anselmo*, inter quos tamen etiam *Doctor evangelicus i. e. Job. Wicleffus* comparet. Ne quid vero dissimulem, animi pendeo, an adlata Inscriptio non sit potius clausula praecedentis Catecheseos, quam Titulus horum Συγγραμμάτων.

IV. fol. 190. absque Titulo Tractatus scholasticus de Excommunicatione. Incipit: *Credo communionem sanctorum &c.* Scribitur in *Symbolo apostolorum quia spiritus sanctus habitat in sanctis &c.* Post querelas de abusu Censurarum haec legas: *Ideo ex permissione matris mee alme uniuersitatis studij pragen. iuxta conclusionem eiusdem assumpsi tractandos articulos duos (nempe 11. et 13. e 45. damnatis Wicleffi, ut dixerat ante) si deus tribuerit de excommunicatione loquentes quorum primus est consequens. Nullus prelatatus debet aliquem excommunicare nisi prius sciat ipsum esse excommunicatum a deo. Secundus, qui sic excommunicatus (omissum: dimittit predicare vel verbum dei audire) ex hoc fit hereticus vel ex-*

communicatus &c. *Job. Hussus* in *Tract. de Ecclesia* edit. cit. P. I. p. 311. testatur *Fridericum Epinge Baccalaureum Iur. Can.* solennem positionem fecisse, sed tantum de priore Article, et en illam, ut ex aliis *Codicibus* liquet, quos in *Indice* habes. De tempore *Scriptio*nis aliquid ex eo statui potest, quod *Pragena* Articulorum *Wicleffi* condemnatio in annum 1408. cadat.

DCCIV.

Codex chartaceus lat. boh. 548
Sec. XV. Folior. 375. 4. maximam partem caractere crasso exaratus, olimque *Wenceslai* saepe memorati *Rossii* complectitur *Sermones* sacros tam de Tempore, quam de Sanctis per annum, quorum primus: *Infra Octauam natiuitatis Jesu christi* in illud: *Puer autem crescebat et confortabatur. Luc. 2.* hoc initio: *Bene puer dicitur christus &c.* Ultimus: *In festo laurencij* in illud: *Nisi granum frumenti cadens in terram &c.* hoc initio: *Quilibet fidelis christianus si vult venire post christum &c.* Multis phrasibus *Bobemicis* passim conspersi sunt. Fol. 40. miniatam hanc Notam adscripsit *Librarius: Annod. MCCCCLXI.* — — hoc anno et eodem tempore sub rege *Georgio* qui fuit dominus et *scutifer* de *kunstat* alias de *podiebrat* electus fuit in regem *Bobemie* per *barones* et *communitates ciuitatum* eo tempore *legati* seu *ambasiatores* ad *apostolicum* qui tunc fuit electus in *papam Pius* (*Aen. Sil.*

2671

C O D I C E S

2672

Silvius) nomine pro archiepiscopo Pragen. (videlicet confirmando Joh. Rokyczana). Hoc tempore viguit maxima pars communionis calicis et fuerunt legati IIII^{or} magistrum Vniuersitatis Pragen. et duo Nobilissimi viri procopius de Rabsteyn Cancellarius Regis Et secundus kostka Gjndrich. (Pelzelio in Hist. Boh. Zdenko) Hoc anno maxima strages facta est a saracenis in christianos in ungarya specialiter circa Bielobrad. (Belgradum) Huic Notae subiecit Possessor: Perlegit wenceslaus Rossius ista in anno 1542. tempore regis Ferdinandi hispani. In quo Anno maxima Bella fuerunt contra Saracenos in ungarya, tempore estatis in wlasim plebanus, quando Saraceni terciam partem debellauerunt Vngarie. Ad fol. item 79. sequentia adnotavit: Ferdinandus princeps Hispanus Rex Boemie Conuocationem particularem fecit fieri utriusque Speciei fideles, Aduersarios eciam, et illud nulla causa erat, sed multum Augmentum fecit deus his qui sunt christi sub utraque specie. Quia multi generosi et milites in unum astricti sunt et fideles facti promittentes legi Jesu christi omnem Obedientiam Reuerentiam honoremque Sacerdotibus &c. Dominica prima post Sanctam Trinitatem. Aliud boni nil factum est. Hoc de Tempore Siliginis corus prage erat magis quam pro II Sexagenis nñ. Avena pro XL gross. nñ. Ordeum pro I Sexag. nñ. Triticum ut siliginis. Pisa pro LXXXV gross. 1531.

II. fol. 321. manu, ut videtur, Sec. XIV. Commentarius in L. I. Decretal. Gregorii IX. initio et fine truncatus; non enim habet initium Proemii, et in expositione verborum C. 1. Qui sua omnipotenti virtute &c. deficit.

III. fol. 374. p. 2. Casus Episcopales et Papales hoc ingressu: Sciendum breuiter pro quibus culpis seu casibus &c.

DCCV.

Codex chartaceus lat. Sec. 76^a XV. Folior. 244. 8. non una manu currente scriptus Sermones sacros in Anni Dominicas continet, ducto a Die Paschatis initio, hoc modo: Non habeo panes laycos ad manum sed tantum panem sanctum &c. I. Reg. 21. Verba ista dixit achimelech sacerdos legalis ad dauidem &c. In Dominicam XXIV. est ultimus Sermonum, qui cum glossis Bobemicis passim resperfi sunt, tuto ad Bibliothecam Wenc. Rossii saepenumero jam a nobis defloratam referentur.

DCCVI — XXIII.

Codices chartacei lat. boh. 594⁶¹¹ germ. 4. e Schedis ut plurimum Sec. XVI. varia manu scriptis congesti, numero XVIII. olim ad Wenceslaum Rossium Pressorouinum Sacerdotem Bobemum, de quo saepius facta mentio, pertinentes praeter Sermones, Sermonum Themata, aliaque Collectanea Homiletica vix quidquam recensione dignum offerunt, ideoque